Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



iudas qui eum tradidit
quod dampnatus esset
penitencia ductus retu
lit triginta argenteos
principibus sacerdotum
et senioribus dicens.
Peccaui: tradens san
guinem iustum. At illi
dixerunt. Quid ad nos?
Tu videris. Et proiectis
argenteis in templo:
recessit et abiens laqueo
se suspendit. Principes
autem sacerdotum acceptis
argenteis dixerunt. Non
licet eos mittere in corbo
nam quia precium san
guinis est. Consilio
autem mito: emerunt ex
illis agrum figuli in se
pulturam peregrinorum.
Propter hoc vocatus est
ager ille acheldemach.
hoc est ager sanguinis
usque in hodiernum diem.
Tunc impletum est quod
dictum est per iheremiam
prophetam dicentem. Et
acceperunt triginta ar
genteos precium a pre
ciati: quem appreciaue
runt a filiis israhel:
et dederunt eos in agrum
figuli: sicut constituit
michi dominus. Ihesus autem
stetit ante presidem.
Et interrogauit eum
preses dicens. Tu es
rex iudeorum? Dicit ei
ihesus. Tu dicis. Et cum
accusaretur a principi
bus sacerdotum et seni
oribus: nichil respondit.
Tunc dicit illi pylatus.